qui posuit rationem cum
servis suis: in quibus in-
venit debitorem: qui
debebat decem milia
talenta. Tu aut[em]. viii

[C]Um aut[em] iussisset
d[omi]n[u]s o[mn]ia q[uae] h[a]b[e]bat
servus et omnis familia
eius: et ipse venderetur ut de-
bitum solveretur: advo-
lutus pedibus domini sui:
rogabat eum dilationem:
et meruit remissionem.
Qui omne debitum dimisit il[li].

[E]Gressus. ix. li[ber]-
e aut[em] servus a fa-
cie domini sui: invenit
debitorem suum: qui non
debebat ei decem milia
talentorum. sed decem
denarios tantum. Capit[ulum]

[F]R[atr]es. Confidimus
in domino ih[es]u
et in potentia virtutis
eius: quia qui cepit in
nob[is] opus bonum: perfi-
ciet usque in diem ih[es]u x[risti].

Ad B[enedictus] an[tiphona]. Dixit aut[em]
dominus servo suo redde
quod debes. procidens autem
servus ille rogabat eum di-
cens patientiam habe in me
et omnia reddam tibi. Or[atio]

[F]Amiliam tuam
q[uaesumu]s d[omi]ne continua
pietate custodi: ut
a cunctis adversitatibus
te protegente sit libera.
et in bonis actibus tuo
nomini sit devota. P[er].

Ad M[agnificat] an[tiphona]. Serve nequam
omne debitum dimisi ti-
bi quoniam rogasti me. nonne
ergo oportuit et te misereri
conservi tui sicut et ego tui mi-
sertus sum dicit dominus.